



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

29. An supradicta prohibitio extendatur ad Capellum, cui pro paucis Missis dicendis pingue stipendium respondes, si per alium Sacerdotem Sacra efficiantur, data ei stipe iusta, & consueta? Ex p. 2. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

Atque de SS. Euchar. Sac. Ref. XXVIII. & c. 15

Missas, porque aqui no ay negociacion, ni ganancia, que es lo que quisio quitar la sacra Congregacion, solamente interueniente el titulo de mera, y pura donacion: porque assi como la prohibicion Apostolica no se estende a los Sacerdotes, que quieren celebrarla graciosamente, assi tampoco a los, que libre, y graciosamente perdonan la parte del estipendio que les pareciere.] Ita ille; Cui adde, præter Auerlam, Fraxinellum, me citato Lezanam, verb. *Missæ n. 35.* & me citato Pellizzarium *vbi supra n. 14.*

3. Itaque sicut potest Sacerdos gratis celebrare pro alio, condonans illi totum stipendium Missæ, sic utique potest condonare partem, nec hoc prohiberi supradictis decretis, quæ non tollunt exercitium misericordiarum, vel liberalitatis, ut neque tolluntur per taxam Missarum.

4. Verum licet hæc opinio speculatiue loquendo probabilis sit, tamen in praxi vel nunquam, vel nimis circumpectè reducendam esse puto, nam vt rectè obseruant vterque Lugo Ioannes, & Franciscus, ille *de sac. Euchar. disp. 2. n. 32.* hic *lib. 3. c. 1. n. 74.* prudenter timere potest, ne celebrans non omnino libere, seu liberaliter acceptet onus dicendi Missas, & remittat stipendij partem, præsertim si sit pauper, & egenus, & non amicissimus commendanti, sed potius ex aliquo metu cedat iuri suo. Quia forsitan alioqui non darentur sibi tales Missæ, vel in futurum alia non dabantur, vel quid simile veretur. Et idè Martinus de San Ioseph, *vbi sup.* asserit: [Es necessario mirar, como se haze esto, que sino es pura donacion, sino por que en gano, ò miedo, ò por otro respecto perdonan, aura iniusticia de parte del Sacerdote, que repartio las Missas con obligacion de restituir, y crece la dificultad, con que disponer el Derecho, que, donare suum nemo præsumitur, *leg. cum de debito, l. 5. vers. si vero. ff. de probationibus, l. Campanas, ff. de oper. liber. et. l. fin. C. de nouat.* Y assi para la seguridad de la conciencia, es necesario que sea clara, y pura donacion.] Adde, quod aliquando petens Missas à Regularibus offerat stipendium auctius postitue intendens eas ab ipsis Regularibus, & non ab aliis: idque ad effectum acquirendi maius illud meritum, quod in Missæ Sacrificio pender ex opere operantis, & potest sperari auctius ex Missis per Sacerdotes Religiosos celebratis, quam ex Missis per Laicos Sacerdotes dictis; tunc enim non censeo, quod Regulares possent modo dicto retinere illum excessum stipendij, cum talis retentio rationabiliter præsumi possit fieri, inuito domino offerente; qui stipendium ita pingue non dedisset, si credidisset Missas celebrandas esse ab aliis, quam à Regularibus.

RESOL. XXVIII.

An Sacerdos post Decreta Urbani VIII. præbens alie minus stipendium, quam accepit pro Missis dicendis, peccet mortaliter.

Et an Sacerdos, qui vel ignoranter, vel cum opinione sibi probabili violat prædicta Decreta, teneatur vel restituere Missas, vel stipendia restitueret? Ex part. 10. tr. 16. & Misc. 6. Ref. 69.

§. 1. **N**egatiuè responderi doctus, & amicissimus P. Bordonus in *Conf. Regul. tom. 1. res. l. 15. n. 28.* putat enim in decretis Urbani VIII. non contineri, nisi simplicem prohibitionem, quæ non potest obligare, nisi ad peccatum veniale; vtpotè non continentiam vllam pœnam grauem, quoad hanc partem; nec vllam clausulam, ex qua colligatur grauitas obligationis; cuiusmodi sunt illæ aliæ, sub obtesta-

Tom. I. I.

tione Diuini iudicij; Et suæ obligationi non satisfaciant, quinimò grauitè, &c. quæ in fisdem Decretis apponuntur, quoad alias partes. Constat autem, quod si sacra Congregatio sub eadem grauitate obligationis voluisset adstringere etiam in isto casu, id expressisset, iuxta *leg. vnic. §. si autem C. de caduc. tollen.* Præterea non vrget obligatio restituendi ex damnificatione, nisi quando inferitur graue damnum: at in nostro casu nulli inferitur graue damnum; non ei pro quo dicitur Missa; cum Missa reuera dicatur: non Sacerdoti celebranti, cum voluntariè recipiat stipendium taxatum; non danti stipendium, cum ipse hoc vnum intendat, vt dicatur Missa. Et hæc opinio Bordoni tanquam probabilem admittit P. Tamburinus *de Sac. Missæ l. 3. cap. 1. §. 5. n. 6.* & illum non atter dammare Pellizzarius in *Man. tom. 2. tract. 6. c. 3. n. 23.* Sed aliorum iudicio iudicandam relinquit.

2. Verum ego hanc sententiam olim reprobaui, & præter Auerlam, & Peytinum refellit nouissimè, me citato P. Lugo *de Sac. lib. 5. cap. 12. quest. 7. n. 77.* Probatur ex verbis Decreti, §. 4. ibi: *Volens omne damnabile lucrum ab Ecclesia remouere, prohibet, &c.* Quippe quamlibet speciem, aut occasionem lucri turpis ab Ecclesia remouere, materia sufficiens est, vt grauitè præcipiatur, & seria voluntas obligandi grauitè indicatur ex tali motiuo proposito. Nec hic attendendum est damnum iniuste illatum alicui, sed indecentia tam fordida negotiationis, quæ satis capax est præcepti grauitè obligantis secundum *sup.* quamuis in aliquo casu particulari possit esse veniale peccatum ex paruitate pecunie retentæ, vel etiam indecentiæ secuta; vnde soluitur fundamentum contrariæ sententiæ. Et idè ex his me citato inferit Pater Lugo, Sacerdotem, qui vel ignoranter, vel cum opinione sibi probabili violauit prædicta decreta, teneri, vel restituere Missas, vel stipendia restituere, sicut ille, qui bona fide rem accepit, quam putauit se acquirere iusto titulo; teneri dicimus ad restitutionem, quando competit, se deceptum fuisse.

Sup. hoc late supra in res. 24. & in aliis §§. eius primæ not.

RESOL. XXIX.

An supra dicta prohibicio extendatur ad Capellam, cui præ paucis Missis pingue stipendium respondet, si per alium Sacerdotem Sacra efficiantur, data ei stipendia & consueta? Ex part. 2. tr. 14. Ref. 11.

§. 1. **P**ro, quod Decreta sacre Congregationis in hoc casu non extenduntur; quia illud reliquum retinetur titulo beneficij & Capellanæ, non enim tribuitur tantum pro Missis dicendis. Vide Philarchum in *summ. part. 1. lib. 2. c. 14.* Cenedum in *99. Can. quest. 27. num. 12. in fin.* Postseuimum *de offic. cur. cap. 2. num. 18.* Ledesman in *summ. tom. 1. de Euchar. cap. 19. concl. 13.* & doctissimum Villalobos in *summ. part. 1. tract. 8. diff. 17. n. 1.* Et tandem ita declarauit sacra Congregatio.

RESOL. XXX.

An Sacerdos, qui à viro amicissimo accepit pro dicenda Missa duplicatum stipendium, possit per alium Sacerdotem satisfacere, dato ei iusto stipendio? Ex p. 2. tr. 14. Ref. 12.

§. 1. **R**espondeo cum distinctione. Vel enim illud duplicatum stipendium datum fuit præcisè, & simpliciter pro Missa; vel datum fuit non solum pro Missa dicenda, sed etiam intuitu personæ, quæ Missam

Sup. hoc supra in Resol. 27. §. verum quid, vique in finem